

COLLOQUIUM
PATAVINUM
INTER
PUBLIUM
ET
NÆVIUM.



Iste jucunde juvenis pa-
xillum. Quid immur-
muras de supplici Theo-
logia? Vidistin' nup-
rum supplicem libellum
furtivis typis enatum,
abortivum sœtum pesti-
mi atque obscuro inge-
ni, sub titulo: *Theologia*

gnantem Pontificem Clem. XII. in *Constit. Verbo Dei*, atque in alia *Apostolica*, sed novæ supplicis Theologia inania sunt, & exotica hæc testimonia, nisi singulis petitionibus Clemens idem PP. XII. responderet affirmative, vel negative.

Supplex coram Clem. PP. XII. pro explicatione damnati Quesnelli in enixis pravis propositionibus?

Tandem fatiesiet? Nihil respondet, hæc nequissima supplex Theologia.

Non ego nobilium Scriptorum auditor, & ultor (1)
Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor.
Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus.

O miser! Inque dies ultra miser, huccine rerum
Venimus? at cur non potius teneroque columbo
Et similis regum pueris pappare minutum
Possis, & iratus mammae lattare recusas?

Attamen, quam occurrunt lacrymæ violatæ Religionis, linguam cohibere non possum. Hæc Auctor graveolenti Refractoriorum calamo scripsit.

An tali studeam calamo? cui verba? quid istas
Succinis ambages? Tibi luditur, effluvis amens. (3)

Dum studet urbanus tenditque disertus haberi
Decipit exemplar vitii imitabile... (2)

Novius. Euge belle?
Publius. Euge belle tu dicis? mane: audi magis sonora. Ad excitandam indulgentiam Rom. Pontificis pro perita explicatione supplex Theologia impudenter asert Joannem secundum ad instantiam Justiniani Imperatoris explicasse propositionem: *Unus de Trinitate passus est carne*: a Scythis monachis exhibitam, quam Hormisdas Præcessor proscripserat. Hæc est.

Quid est in scenam producere Theologiam? Quid fingere eam supplicem pro explicatione dogmaticæ Constitutionis? Quid est tandem animi, ut hoc immane piaculum tentet? Non nisi perditissimus homo hic est, qui adhuc nescit debito cordis, & oris obsequio dogmaticas Constitutiones complecti, & debita obedientia prosequi. Hic ille est, qui Theologiam sibi fingit suo genio parituram. Non igitur Catholicam, sed superbam ac cæcæ, crassa ignorantia laborantem, Theologiam obtrudit; eam scilicet quam amplexi sunt Frisius, & Jageri, Jenichen, & Anonymus, sive ipse Quesnellus, in Hexaplis, & moderni Refractorii adorant. Hæc illa est, nescia cujusquamque dogmatis, libertatis amans effrans, & scioia, quæ scholas Catholicorum impetit; & mendaciter liberas exposcit. Hæc est illa, quæ Hæreticis ultro se committit; Vaticanis vero oraculis aures præfractæ negat. Hæc importune petit explicationes, & declarationes, non ut sincere obediat, sed ad quaerendum nodum in scirpo, ut relucet, & refragetur.

Pergula Piciorum: nihil veri; omnia falsa. Falsum est Hormisdas proscripisse antedictam propositionem. Falsum est, Justinianum intercessisse apud Joannem II. pro obtinenda explicatione. Falsum est, Joannem II. petitam explicationem indulgisse. Hormisdas rejecit propositionem allatam a Monachis Scythis, non autem proscripsit. Justinianus in sua ecclia professione Fidei illam orthodoxe explicavit, remisitque judicio Joannis II., qui eam laudavit probavitque; deinde commouit Joannes II. Senatores novæ Romæ de approbata Orthodoxia Justiniani, & de exposita propositione per hanc *Unus de Trinitate Christus Deus, & Homo passus est carne*, quam illico confirmavit. Omnia patent ex Baronio ad annos 554. & 555.

Sane libertas Scholarum habet vindicem, & ipsum Clementem PP. XI. in Constitutione *Pastoralis officii*. Thomistica schola habet vindicem Benedictum PP. XIII. in *Brevi Demissis preces*, & in *Constit. Preiosus*. Habet vindicem Re-

Nov. Parcendum est Novitiæ Theologiae.
Qui venit ad dubium grandi cum Codice nomine

Tunc immensa cavi spirant mendacia folles. (4)
Pub. Parcerem, si quis esset

Dicturus dubia pro libertate Bubulio.
Judice... (5)
Cætera prosequamur. Concilium Antiochenum an-

(1) Horat. lib. 1. epist. 19. v. 39. (2) Horat. lib. 1. epist. 19. v. 16. (3) Persius sat. 3. v. 16. (4) Juvenal. sat. 7. v. 110. (5) Juvenal. sat. 7. v. 116.

anno 270. celebratum proscriptis contra Paulum Samosatensem vocem *Homousion*, id est *consubstantialiale*, quam deinde explicavit, & Symbolo inferuit Nicæna Synodus; inquit novella Theologia, Gelasius I. lib. contra Eutychem explicavit propositiorem proscriptam a Calcedonensi *Una est Verbi Incarnati natura*. Joannes PP. IV. explicavit in Apol. ad Constantinum epistolam Honorii ad Sergium quæ causam damnationi contra Honorium VI. Synodo præbuerunt. Sergius I. dixit immunes a censura propositiones objectas S. Juliano Toletano Archiepiscopo. In *Deo voluntas ex voluntate processit. Christus ex verbis substantiis constitutus est. Vox Christi-pava rejecta contra Nestorium explicata fuit in Concilio Constantinopolitano II.*, & admissa. Innocentius X. proscribens propositionem Arnaldi de bicipiti capite Ecclesiæ SS. Petro, & Paulo, distinxit, & alterum ex allatis sensibus, membrum damnavit. Ex quibus Theologia supplex petitionem contendit suam justitiæ, & exemplis probare innixam.

Nev. Pape! quanta eruditione pollet isthæc supplex Theologia! Merces omnino debetur.

Pub. Ut Paeris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint, vel discere prima. (1)

Pub. Quod vocis prætiim, ficus petasunculus, & vas Pelamidum, aut Veteres Afrorum epimenida bulbi . . . imo potius . . . (2) Demetri, reque Tigelli Discipularum inter, jubeo, plorare Cathedralas. (3)

Nev. Heu nimis austerum te video, ne dicam avarum. Cur non arrides?

Pub. Arridere nequeo, quia extra avenam salitit infusa oratrix.

Thema fuerat, sedem Apostolicam consuevisse proscriptas jampridem propositiones declarare, & explicare. Videsne in productis exemplis umbram, aut volam præmissi propositi? Nil aliud revelat.

Occidit miseris crambe repetita Magistros. (4) Jugulum ejus pete, postulando, an a Concilio Constantiensi usque ad hæc tempora tot proscriptas propositiones explicaverit unquam sedes Apostolica? An quis sui compos per integra tria sæcula pro declaratione petenda supplex accesserit? An hujusmodi nazææ auditæ unquam fuerint Romæ, aut alibi?

His populus videt, multumque torosa juvenus.

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. (5)

Nev. Da veniam verbo. Nonne bene esset idiotam Theologiam docere, & ab errore devocare?

Pub. O Jano, a tergo quem nulla ciconia pinxit Nec manus auriculæ imitata est mobilis albas, Nec linguæ, quantum sicut canis Apula, tantum. (6)

Cui bonum? Non populo catholico, qui indivulsa fide, & obsequio Cathedralæ Petri jungitur. Non Episcopali corpori, quod suo capiti Romano Pontifici constantem obedientiam jamdiu professum est, & adhuc profitetur. Non scholarum disputatoribus, qui pacifice quiescunt in suarum opinionum professione, & studio concertatæ probabilitatis. Non veritatis disputatæ indagatoribus, qui in plurimis libris editis de damnatis propositionibus tractantes, omnes difficultates abun-

(1) Horat. lib. 1. sat. 1. v. 25. (2) Juv. sat. 7. v. 119. (3) Hor. lib. 1. sat. 10. v. 90. (4) Juv. sat. 7. v. 154. (5) Pers. sat. 3. v. 86. (6) Pers. sat. 1. v. 58. (7) Juv. sat. 13. v. 126. (8) Juv. sat. 8. v. 53. (9) Juv. sat. 7. v. 51.

de excutiant, & superant. Itaque Theologia supplex non nisi Refractariis faver, ut facilius interminabiles quaestiones ducant, & ad musas capiendas more Domitiani tempus, & operam terant. Crede mihi Nævi.

Si nullum in terris tam detestabile factum Ostendis, taceo, nec pugais, cadere pectus Te veto, nec plana faciem contundere palma:

Quandoquidem accepto claudenda est janua damno. (7)

Nev. Credo, si necesse est. Attamen non ne audis, hanc Theologiam suam confiteri inscitiam in pluribus? Cur, si petit edoceri, erit ei denegandum?

Pub. Pudendum sane est, Theologiam dici vellem, & ignorantie labe infectam se accusare; Quapropter ei dixeris:

Nihilisi Cecropides, trunoque simillimus Hermae

Nulla quippe alio vincis discrimine, quam quod Illi marmoreum caput est, tua vivit imago. (8)

Nev. Non dissentio; sed difficultatem quaeris non solvis adhuc.

Pub. At at! vis ut dicta exemplis comprobem? Ecce me. Theologia supplex audacissima dicit in pluribus propositionibus Quænellii nullum sensum pravum apparere, neque esse dubitandum, num Clemens PP. XI. ignoraverit rectum sensum, vel SS. PP. iidem verbis locutos condemnare intenderit; ideoque postulat ab altero Clemente explicationem. Quid vaserime expectat Oratrix? nisi juxta regulas dialectices responderi, Prædecessori Clementi & delatoribus suis se obrepunt, eumque deceptum decepsit universam Ecclesiam, vel a regnante Clemente posse fingi pravitatem ad tegendum Prædecessoris errorem? Vah putidam malitiam! Tot Theologi pandunt sensum pravum, & si alicubi deest, agnoscent propositioni debent censuram dicti captiosi juxta feriem inulti stigmati, & juxta vaserime Hæretici auctoris: aut hæc Theologia conatur in Clementem proscriptentem crimen adeo immanum deducere.

Nev. Nunc quidquam luminis teneo. Progredere quaeso.

Pub. Accipe aliud exemplum. In primo capite colligit supplex Theologia propositiones Quænellii 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85., ubi indiscriminatim omnibus præcipit Quænellius lectionem tum veteris, eum novi Testamenti, ne pabulo vite privati intereant in spiritualibus actionibus inanimis. Hujusmodi disciplinam post Concilium Tridentinum veterant Concilia Gallicana, nempe Bituricensis anno 1584. can. 3. & 10. tit. 1. & can. 1. & 2. tit. 4. Item Concilium Senonense cap. 33., & 34. quæ interdicta etiam in aliis Conciliis fute repetita leguntur ad cohibendam nostri temporis Hæreticorum insaniam. Nulla fuit hæcenus vera Theologia petens, ut Patres Gallicani declararent, nam hæc præcepta spectant ad disciplinam vel dogma: & quo sensu prædicta interdixerint, aut Patrum consulta fegerint, & vota? Nunc placet. Modernæ Theologiæ interpellare sedem Apostolicam, ad aperendam rationem latæ censuræ, & explicare, an verberare intenderi in Quænellio SS. PP. laudantes lectionem sacrorum Codicum!

Consuetudo mali tenet insanabile multos Scribendi Cacoethes, & ægro in corde sane scit. (9)

Cave.

Nev. Cave ne id crimini vertas, Novitia Theologia a prioribus sæculis Ecclesiasticis suam qualemcumque eruditionem nata est, neque adhuc pervenit ad postrema sæcula. Provecior facta discet omnia.

Pub. Ohe!

Quam frigida defensio! dicas ei velim: Unde tibi frontem, libertatemque Parentis Quam facias pejora senex? vacuumque cerebro. (1) (a)

Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supplex. (2)

Propositio 29. Quænellii proscripta hæc est: *Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia*, In Quænellio legitur, *Ecclesia est domus salutis, extra illam nulla est gratia, salvatio nulla, vita nulla, Ovum ovo simillimum; ne dicam deterius. Hic dividitur expressius Gratia dicta sufficienti a Gratia sanctificante, qua Vita est, & utramque negat dari, vel concedi extra Ecclesiam, prout utrobique sensus obvius explicat. En hæresis aperta, quam Gratia sufficienti etiam Infidelibus sit a Deo concessa, ut possint præcepta juris naturalis implere: Propositio vero 59. a Quænellio prolata Jo. 10. 25., juxta editionem 1693. hæc est: *Oratio impiorum est novum peccatum: & quod Deus illis concedit, est novum in eos judicium*. Recens Theologia contendit, ibi agere Quænellium de Oratione iniquo, maligno, arrogantis, ingrato, fallaci animo facta; sed fallit maligne. De impio in impietate fordescente loquitur quidem Quænellius, sed animadvertito deducta generalis est ad omnes impios. Quod adeo verum est, ut eam alibi per propositiones. 44. 45. 46., & 47. confirmet, ubi amorem, qui a Charitate non fluit, malum pronuntiat, quod est errare cum Wiclepho in damnata propositione 26. per Concilium Constantiense, & cum Bajo in propositione 35. Quid igitur detruncatum profertur? Scisne, quo tendit hæc effronitis mendacii querela? Ut illud blateret impie.*

Ad scelus atque nefas, quodcumque est, pura ducit. (3)

Nev. Aperta quæ fuerit, aperta sunt. patent præstigia. Unum tamen scrupulum evellas oportet. Quid blaterat Theologia Supplex plurium Quænellii propositionum sensum obviuum legentibus sanum esse, & orthodoxum, ubi sunt propositiones 27. 66. 69. 76. 82. 84. 85. 98. 101., aliæque nonnullæ, de quibus nisi secretior sensus Auctoris latæ censuræ pandatur, irritus conatus extendendi pravitatem evadet?

Pub. Tun' vetule auriculis alienis colligis escas? (b)

Auriculis, quibus & dicas cute perditus: ohe. (4) (c)

Multo stultior Theologia Supplex frustra Sycophantis, nugis, & doctis diverticulum quaerit.

Quo didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ simul intus.

Innata est, rupto jecore, exierit caprificus. (5)

Unam, vel alteram propositionem ex recentitis ad tuam instructionem, ne fraudi cedas, aperiarn. Præcave tamen hominem pertinaciter hæreticum in neganda gratia sufficienti in sensu Theologico, esto quandoque sufficientem admittat in sensu grammaticali. Hic Quænellius profert propositionem 27., quæ talis est, *Fides est prima gratia, & sensus omnium aliarum*, En profus sublata doctrina D. Augustini: *Prævenit . . . & fidem*

gratia lib. de Dono perfev. cap. 16. Eundem errorem confirmat procaz Quænellius in præcedenti propositione 26. dicens: *Nulla datur gratia, nisi per fidem*. Confer unam alteri, & intelliges, quantum cæcitat supplex Theologia tum in inquisitione certi sensus propositi, tum in reprobatione hæretici Auctoris; sed

Pelvis olet, nam sic tanquam alta in dolia longus

Deciderit Serpens, bibit, & vomit. . . (6)

Nev. Adverte, iidem quoque formulis loquendi usos fuisse SS. PP., quos producit Theologia Supplex.

Pub. Nugaris cum supplici Theologia! Nunquid a SS. Patribus dictum est unquam: *Nulla datur gratia nisi per fidem*, ut blasphemat Quænellius? Utique SS. Patres aliquando fidem dixerunt primam gratiam in ordine ad justificationem, sed nunquam eam dixerunt primam utcumque, ita ut nullæ aliæ gratiæ fidem præcedant, ut esset Quænellius, & volens caligat Theologia Supplex, ne videat errorem.

. . . & plorable si quid

Eliquat, & tenero supplantat verba palato. (7)

Nev. Teneo o malam Theologiam! O pessimam Oratricem! Hercle pestem machinatur Ecclesiæ. Ad retundendam plenius motionem, explica, si placet propositionem 60. ubi de timore agitur, cui plurimam se fidit subdola Theologiæ Oratricis dubietas.

Pub. Annuo tuis votis, non quia necesse sit, sed ut intelligas, quid de multiplici, ac tortuoso ingenio versipellis Theologiæ sit sentiendum. Quænellius a propositione 60. usque ad 68. totus est ad eliminandum timorem pœnæ, ne bonitate moralem participet; quam obrem in propositione 60. hæc essatit *Si solus supplicii timor animam paventiam, qua hæc est magis violenta, eo magis ducit in desperationem*, explicat hanc propositionem in 61. ubi hunc timorem damnat, nisi cor ab amore justitiæ ducatur. Sequitur hujusmodi loquendi formulas ad propof. 66. accedit sequentiis verbis conceptam: *Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicut bestia, sed per fidem, & per amorem sicut Filius*.

Igitur de eodem timore pœnæ differens, quem propof. 67. servilem vocat, cum Luthero eum rejicit, ac insanam, velut timorem bestiale, qui sibi representat Deum injustum, & intractabilem, & tamen Concil. Trid. tum Sess. 6. can. 8. tum Sess. 14. cap. 4. hunc timorem, quo a peccando abstinemus, Donum Dei compellat, & Spiritus Sancti impulsam. Divus Thomas proinde 2. 2. q. 19. a. 4. docet: *Timor servilis secundum suam substantiam bonus est*. Et D. Augustinus ferm. 13. de verbis Apostoli, fideles hortatur dicens: *Fac, fac, vel timore pœnæ, si nondum potes amore justitiæ*.

Est quidem alius timor non pure servilis, de quo loquitur expresse Quænellius, sed serviliter, ut Theologi appellant, qui simul in corde cubat cum cupiditate peccandi, esto cohibeat ab opere pravo. Hunc infectantur SS. PP. ut malam, & præpostere illos advocat Theologia Supplex tanquam hæretico dicto faventes.

Nev. . . . Hæc sensus omnes stupor urget inertes? Quomodo fieri potest, ut a nomine Theologia Supplex tot delictamenta concipiat?

Orandum est, ut mens sana sit in corpore sano. (8)

Aliud.

(1) Juv. sat. 14. v. 56. (2) Pers. sat. 4. v. 52. (3) Juv. sat. 14. v. 87. (4) Pers. sat. 1. v. 22. (5) Id. Ibid. v. 24. (6) Juv. sat. 6. v. 431. (7) Pers. sat. 1. v. 34. (8) Juv. sat. 12. v. 356.

Aliud exorare me finas circa propositionem 90. quam per summam fraudem, & audaciam tegit Theologia Supplex.

Pub. Ne trepidare velis, atque arctos rodere calles.
Satis edoctus es de malitia hujus Theologiae, quae vera falsis immiscens, tota est ad lavandum Æthiopem, ut pravitas propositionum per opposita dicta elevetur, vel dubiam legentibus se praebeat, sed incaustum laborat, qui semper sibi similis est insolens oratrix.

Vappa, & lippus, & in teneri sarragine mendax. (d)

Diluit Heleborum certo compescere puncto

Nesciens examen? Vetat hoc natura medendi. (1)

Ad rem, quam prudenter exposcis, discutiendam assum, & oscuro, quin sit punctum non levis momenti.

Disce, sed ira cadat naso, rugosaque scan- na,

Dum veteres avias tibi de pulmone revelo. (2)

Propositio 90. Quaesnellii hæc est: *Ecclesia auctoritate excommunicandi habet, ut eam exerceat per primas Pastores, de consensu saltem presumto ipsius corporis.*

Vesaniam Basileensem ab orco revocat hæc propositio supremam potestatem Ecclesiae in uno supremo consistentem, contendens ad Democratiam, vel Aristocratiam redigere. Inquit hanc vesaniam insidiosa Oratrix, pro nihilo pendens verba Christi: *Tu es Petrus: Tibi dabo claves: Petre a-mas me: pascis oves meas.* Singularem personam semper indicat, & monstrat, ut ei Petro traditum intelligatur Pontificium totiusque Ecclesiae supremum regimen.

Hoc monstrant vetulae pueris poscentibus assem.

Hoc discunt omnes ante alpha, & beta puellæ. (3)

Quid porro sapit obrudere presuntum populi consensum, quum iudex Ecclesiasticus sententiam excommunicationis pronunciat, nisi vesane in vesaniam redeivam relabi? Quid sapit fingere Ecclesiam totam in primis Pastoribus (nequa citato capite summo) representatam esse ipsammet Ecclesiam docentem, pascentem, ac regentem, nisi absurdis omnibus absurdiora meditari, & falso falsissima comminuti, ut nobilissima politia Ecclesiae in diversa scindatur, & in multitudine insanissime colloquetur? Hæc sunt paradoxa, amentia plena, præcipitis Theologiae, ad nauseam usque convulsa, & confixa: & milia a Sede Apostolica censuris debitis prostrata; & adhuc, ad insidandum populo fideli, mendacissime Theologia Supplex sua probabilitate consistere proclamant.

Audi, qua fronte, quibus prestigiis urgeat Theologia Supplex.

Ut teneat vetitas inscientia debilis actus. (4) Annuit juxta textum Actor. 20., Spiritum Sanctum ponere Episcopos ad regendam Ecclesiam Dei; mox concedit, eos regere ex presumpso consensu Ecclesiae. Asserto Apostolum scripsisse i. ad Corinth. c. 5. *ut congregatis vobis & meo Spiritu cum virtute D. N. Jesu Christi condemnarent hominem incestuosum.* Mox inserto: ergo videtur Ecclesia Corinthia consensum præbuisse. Justit Apostolus, ut Seniores, ad quos scriperat, sen-

tentiam ferrent; mox vult, ut omnis populus consentiret junctis Spiritu cum iudice. O felix dialectica, quam belle joculariter, sed verius insinuat joculariter! Pudet ulterius profæqui.

Neu. Hæc mea sunt, teneo eum vera dixeris. Abhorreo Theologiam Supplicem, exhorresco falsa, & incondita commenta, quibus dicta Quaesnellii protegit, & vindicare pertentat. Abjiciam Pseudo-theologiam.

Ne rubeam pingui donatus munere, & una cum scriptore meo, capta porrectus aperta Deferat in Vicum vendentem thus, & odores.

Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. (5)

Pub. Recte Pseudo-theologiam dixisti, & optime tibi, consulis. Fortasse melius.

Impletur, lignorum aliquid posse ocyus, & quem (e)

Infatum tenes, Veneris concede Marito: Aut claudet, & positum tinea pertunde libellum. (6)

Percepisti in hoc Colloquio quæ sana, quæ devia a veritate dignoscere potes. In altero, si dabit otium, procurram cæterarum propositionum commenta. Interim

... Tibi recto vivere tale Ars dedit? & veri speciem dignoscere calles Ne qua sub arato mendosum tinat auro?

Quæque sequenda foret, quæque evitanda vicissim,

Illa prius creta, mox hæc carbone notasti? (7)

Neu. Festive ad alterum conveniam Colloquium, integre accepturus notitiam de profcriptis, & male rectis erroribus Quaesnellii. Tuum erit periculum omnia explanare, ut stulticia, & insaniam damnis certare compareant. Te tamen commoneo, ut quæ diserte loqueris moderniori latinitati accommodes, & Tironiana cura atque disciplina confocias, quam Pseudo-theologia arroganter affectat, cæterasque sibi similes probrose despuat. Verbo. Digna cedro, & marmore dicas, & scribas, oportet.

Pub. Tatz! Quam lepida nuncias?

Rancidulum quiddam balba de nare locutus. (8) Delectant Pseudo-theologiam Tironiana Eloquentia, & latinitatis emunctæ naris locutio?

En animam, & mentem, cum qua Dii nocte loquantur! (9)

Unam Theologia Supplex Gymnarchæ, vel Hypodidascali munus obtulisset, & literatorem a gens, exedram superiore non adijisset. Feliciori Sydere subsisset literatorum portum, neque Theologis exosam, & profigandam se præbisset ipsi improperato.

Quis bene dicentem Basileum ferat? accipiat te

Gallia, vel potius nutriçula Causidicorum Africa, si placuit mercedem imponere lingua. (10)

Nunquid dignum est marmore agere Theologiam, cui obiectare sit opus?

Ancipitem ceu tu magno discrimine Causam (f)

Protegere affectas; o te Consule, dic tibi, quis sis

Orator vehemens, an Curtius, an Matho: buccæ

Nosceda est mensura tuæ, spectandaque rebus (11)

Id

(1) Pers. sat. 5. 77. Ibid. v. 100. (2) Pers. sat. 5. v. 91. (3) Juven. sat. 14. v. 207. (4) Pers. sat. 5. v. 99. (5) Horat. lib. 2. ep. 1. v. 267. (6) Juven. sat. 7. v. 24. (7) Pers. sat. 5. v. 104. (8) Pers. sat. 1. v. 33. (9) Juven. sat. 6. v. 531. (10) Juven. sat. 7. v. 147. (11) Juven. sat. 11. v. 33.

In fummis minimisque, etiam quum piscis emetur.

Nunquid dignum est imple Quaesnellii sectariorumque ejus frontem erroreque adoptantem, videri inter illos, qui gloriantur.

Romanae autem soliti contemneres leges? Æque exprobro Calvino, & heresim, & Tironianam facundiam, utpote utramque dignam Calvino & ingenio.

... Sed nulla aconita bibuntur

Ficilibus: tunc illa time, cum pocula fumes (1)

Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro. Exprobro exquisitæ latinitatis studium errata vo-

randi inter elegantia dicendi stocula, a quibus

Eliceret risum Githaradi cauda Magistri; (g) Sed Ruffium, atque alios credit sua quæque juventus,

Ruffium, qui toties Ciceronem Allobroga dixit. (2)

Neu. Aha, Tace! jam hercle, jam magno tu vapula vir strenuus. Cætera ad sequens Colloquium. Bene vale.

Pub. I bone, quo virtus tua te vocat, i pede fulto: Grandia laturus meritorum præmia; Quid stas? (3) Vale.

(1) Juven. sat. 10. v. 25. (2) Juven. sat. 7. v. 212. (3) Horat. lib. 2. epist. 2. v. 47.

Offervazioni fatte da uno Scolare della Università.

(a) Il verso finisce tronco, e rompe il senso. Giovenale scrisse così:

... vacuumque cerebro Jampriem caput hoc ventola cucurbita quarat?

trattandolo da vecchio pazzo, e frenetico, che avea bisogno, che se gli cavasse sangue dal capo colle coppette, o ventole.

(b) *Tui vesule auriculis &c.* E tu o vecchio pazzo, che dovresti parlare con gravità, cerchi di dar poco all' altri delicate orecchie con parole galanti? e dir loro con imprudenza, e colla pelle raggrinzata dalla vecchiaia. O' d'd! (facendoti applaudo da te stesso, come farebbe un giovinotto:)

(c) legge immediatamente, ciò che è posto dopo due righe *Quo didicisse nisi &c.* Che mi gioverebbe aver tanto imparato, se le scienze da me apprese, che a guida di lievito mi fermentano, e mi fan crescere, non uscivano dalla mia mente ad altri notizia, e mia gloria, facendo nel popolo del fracasso, come fa la sicaja falvatica nel romper fuori dai muri, che getta giù dalle rotture, che va facendo, i sassi da lei smossi?

(d) Sciocco, e ignorante, e fraudolente anco nello spacciare cose di poco prezzo. E tu prepara l' elleboro, senza sapere in qual punto di stella cogliere si debba, nè come abbia ad essere manipolato, ed usato, nè per quali infermità, o in quale stagione? Questo è vietato dalla medicina imitatrice della natura.

(e) Qui impletur appartiene al fine del verso antecedente, cioè: ... croceæ membrana tabellæ.

Impletur, lignorum aliquid posse ocyus, & que. Compomis, dona Veneris, Telesine, marito: Aut claudet, & positus tinea pertunde libellos.

Così dice Giovenale, avendolo stropiato l' Autor del Colloquio. Il suo senso è: Tu, o Telesino, riempi de' tuoi versi gli interi libri; ma farli meglio a provvederli di legna, per fare un buon fuoco, e gettarvi dentro tutte le tue composizioni, con farne un donativo a Vulcano marito di Venere, cioè con bruciarle: o pure a chiudere le tue poesie in una cassa, e lasciarle ivi mangiare dalle tignuole.

(f) Anche qui principia tronco, lasciando fuori quasi due versi necessari al senso, Giovenale adunque scrive così: ... nec enim loriam possit Achillis

Therites, in qua se traducebat Ulisses Ancipitem, ceu tu magno discrimine causam Protegere affectas, te consule, dic tibi quis sis: Orator vehemens &c. E vuol dire:

Non ardi già Teriste, uomo deforme, e sghiacco di chiedere l' armi di Achille, che Ulisse stesso tuttocchè generoso mostrò della difficoltà, e del rispetto nel pretenderele; come ora all' opposto tu fai, mentre affetti trattar Cæle con tuo grave rischio. Elamina prima te stesso, e le tue forze, e conosciti per quel che sei: guarda se sei un Oratore forte, e de' primi, o pur mediocre, come Curzio Montano, o degl' infimi, come Matone, che di Avvocato li ridusse a fare la spia. S' ha sempre a misurare il proprio potere, al quale si dee aver riguardo e nelle grandi, e nelle piccole cose, anco se si trattasse di comprare un po' di pesce di poco valore.

(g) Eliceret risum &c. Il senso principia dal fine del verso antecedente, quale è spondaico, cioè da: cui non tum Eliceret &c.

Ed a chi allora, cioè suonando Achille già grandetto la cetra ne' monti di Teflaglia, dove avea imparato a suonarla da Chirone Centauro suo Maestro, alla cui cura l' avea raccomandato Teti sua madre; ed a chi allora non avrebbe mosse le rifa la cetra del Centauro colla sua coda di Cavallo? Ma adesso e Satrio Russo, ed altri precettori sono beffati, e battuti dai ragazzi loro scolari, Russo dico emulo di Cicero, che non si vergognò di chiamare l' eloquentia dello stesso Cicero, eloquentia Gallica, cioè barbara.

Animadversiones Universitatis Patavine Alumni.

(a) Versus hic, ubi desinit, mutilus est, & sensum invertit. Juvenalis ita habet.

... vacuumque cerebro Jampriem caput hoc ventola cucurbita quarat.

senem eum emotæ mentis considerans, & phrenesi laborantem, cujus capiti ad elicendum sanguinem cucurbitæ necessario erant appendendæ.

(b) *Tui vesule auriculis &c.* Tunc senex insane, qui non nisi seria, & gravia loqui deberes, delicantulas aliorum aures, blandiloquis verbis stude demulcere, vultuque rugis contracto, vobis que impudentia plenis tibi ipsi aures applaudere, oh! precipinando, non secus ac si eses imbecillus adolescentulus?

(c) Quar sequuntur, esto Collocutor post duas lineolas ea subjunxerit, immediate tamen cum precedentibus verbis sunt connectenda: Quo didicisse nisi &c. Quid nam mihi prodesset, tot scientias didicisse, præ quibus, tamquam præ fermento quodam intumesco, & inturgesco, nisi scientia ista e mente mea erumpant, aliquid in meam gloriam innotescant, strepitumque in populis edant eo sane modo, quo caprificus e discillis muris erumpens, emotos lapides non sine strepitu dejicit.

Sery Tom. V.

G g

(d) In-

(d) Insuper, ignarus, & fraudis plenus etiam in rebus nullius momenti iactandis. Tunc helleborum paras, ignorans, quondam sic colligendus, qua arte componendus, queis in morbis, quoque tempore adhibendus? Vetat id medicina nature imitatrix.

(e) Tò impletur ipse ad finem versus precedentis, idest:

..... crocea membrana tabella
Impletur, lignorum aliquid polce ocuus, & quæ
Componis, dona Veneris, Telesine, marito:
Aut claudè, & positos tinea pertunde libellos.

Ita Juvenalis, quem Collocutor mutilavit, & corripit. Germanus ejus sensus hic est. Tu, Telesine, scribis versus, & libros infaris: melius tamen tibi consuleres, si vel lignorum strue parata igneque supposito lucubrations tuas in flammis projiceres. Vulcano Veneris marito eas donando: vel in lignea capla versus tuos concluderes, blattis, tineisque erodendis.

(f) Hic quoque mutilatum est initium, duosque versus ad assequendum verum sensum pernecessarios Collocutor omisit. Juvenalis ita scripsit:

..... nec enim lorica poscit Achillis,
Therites, in qua se traducebat Ulixis,
Ancipitem ceu tu magno discrimine causam
Protegere affectas, te consule, dic tibi, quis sis:
Orator vehemens &c. Idem

Therites, ignavus, & deformis homo ansv non est poscere arma Achillis, quæ Ulysses ipse, licet magni animi vir, ægre tamen, & trepidanter petiit tibi concedi: tu contra dubiam, magnique ponderis sine causam non sine periculo agere affectas. Consula prius te ipsam, vires tuas examina, qui sis, agnosce. Insuper, an strenuus, primique nominis orator sis; an mediocris, ut Curius Montanus; an vero unus ex infimis, ut Matho, qui ex Advocato factus est explorator, seu delator. Propria facultas semper est expendenda, ad eam est attendendum, tum in maximis rebus tum in minimis, etiam de triobolari pilce coemendo ageretur.

(g) Eliceret risum &c. Pendet sententia a fine versus precedentis: & cui non tum

Fliceret risum &c.

Cuinam tum, idest dum Achilles jam grandisculus citharam pulsaret in montibus Thessaliæ, ubi eam artem addicerat a Chirone Centauro, cui a matre sua Theti educandus, eradiendique fuerat traditus, cuinam inquam risum non elicuisset cithara Centauri æquinam caudam a tergo gerentis? Ait modo & Satrius Rufus, & alii Preceptores ab ipsimet suis discipulis irridentur, & caduntur, Rufus inquam Ciceronis æmulus, qui auream ipsamet Ciceronis eloquentiam, eloquentiam Gallicam, idest barbaram appellare non erubuit.

F I N I S.

COLLOQUII
PATAVINI
CALUMNIA DEPULSA

COLLOQUII
PATAVINI

Calumnia depulsa,

SEU AD

CLARISSIMUM VIRUM

EPISTOLA APOLOGETICA.